



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatus Theologico-Moralis De Sacris Ecclesiasticorum Ministeriis, Hoc est, De Horis Canonicis, & Missæ Sacrificio**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno 1695.**

Caput II. Quinam ad recitationem Horarum graviter obligentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42206**

Illas dicere  
pium & lau-  
dabile est.

rimarum in unum collectione re-  
cte Breviarium nuncupantur. At-  
que hunc orandi modum lauda-  
bilem omninò esse, pium, ac salu-  
tarem, exinde facile perspici po-  
test, quòd Ecclesia hac ratione ju-  
xta monitum Christi Luc. 18. *O-*  
*portet semper orare & nunquam de-*  
*ficere,* quodammodo semper oret,  
Deum laudet, ac divinorum bene-  
ficiorum memoriam incessanter  
celebret.

## C A P U T II.

*Quinam ad recitationem Horarum  
graviter obligentur.*

Obligati ad  
Horas sunt  
Clerici sa-  
cro-  
rum Or-  
dinum, &  
beneficiati.  
Quid si u-  
nam Horā  
v.g. Ter-  
tiam absque  
iusta causa  
omittāt, aut  
vesperas  
Sabbathi  
Sancti.

**A**D recitationem Horarum  
Canonicarum obligantur  
sub gravi peccato Clerici sacro-  
rum Ordinum, & beneficiati, ita  
quidem, ut graviter peccent, si  
Horas vel semel absque iusta cau-  
sa omittant, vel si unam ex illis  
v.g. Tertiam, Nonam, Comple-  
torium, &c. voluntariè negligant,  
quamvis omittens vespertas Sab-  
bathi sancti non videatur peccare  
graviter ob parvitatem materiae,  
vid. *Neusser de Hor. Can. disp. 8,*

CANONICIS. II

q. 2. n. 9. [ utrum Religiosi ad  
 chorum professi, Moniales aut  
 Canonice ad recitationem Ho-  
 rarum sub pari obligatione te-  
 neantur, de eo videantur *Navar.*  
*c. 7. de orat. Medina q. 7. de orat.*  
*Cajetanus ver. Hor. Canon. &c.* ]  
 est comm. DD. soletque præcipue  
 probari ex antiqua & generali  
 consuetudine Ecclesiæ vim legis  
 obtinente. Nam Canones, qui vi-  
 dentur præcipere recitationem  
 Horarum, quos vid. apud *Less.*  
*lib. 1. c. 37. dub. 9.* potius lo-  
 quuntur de Presbyteris curatis,  
 aut Clericis beneficiatis, quàm  
 Diaconis aut Subdiaconis. Bene-  
 ficiatos autem, hoc esteos, qui  
 habent plenum dominium bene-  
 ficii, fructusque percipiunt, aut  
 percepturi sunt, obligari constat  
 ex Concil. Lateran. sub Leone X.  
 ratio obligationis est, quia benefi-  
 cium datur propter officium spiri-  
 tuale, quod magna ferè ex  
 parte consistit in recita-  
 tione Horarum.



A 6

CAE